



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

XI. Doncio de bonis in Grauenstede daominorum de Dorftat et Cruemanni.  
Um 1300.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

**XI. Donacio de bonis in Grauenstede dominorum de Dorstat et Crucemanni.  
Um 1300.**

Nos Fredericus et Wolterus, dei gracia domini de Dorstadt recognoscimus et in noticiam uniuersalem presencium tenore cupimus deuenire, Quod ad honorem domini nostri Jesu Christi et reuerentiam gloriosissime virginis Marie genitricis eiusdem, Nec non ad piarum presencium instantiam dmi. Crucemanni Militis de Osterwolde et filiorum fuorum Erii et Johannis Ecclesie etc.

Das Weitere fehlt, da ein Blatt im Copiarium des Kl. zum heil. Geist aus sec. 15, worin dieses Fragment steht, fehlt. Da Erii und Johann Crucemann aber in Urkunden von 1295 (Leng 908) und 1306 vorkommen, so ist die ungefähre Zeit dadurch bestimmt.

**XII. Markgraf Hermann verordnet, daß die in Salzwedel ansässigen Ritter und Knappen, auch deren Wittwen, mit Ausnahme Einiger, bürgerliche Lasten tragen sollen, am 6. Mai 1301.**

— Nos hermannus — Marchio — notum facimus — quod maturo nostrorum vasallorum consilio statuimus firmiter obseruandum vt omnis miles seu armiger siue eciam vidua militaris, qui in ciuitate nostra Saltwedele mansionem habere decreuerit vigilia et exactionem sciat dictam faciet et dabit pro hereditate sua et aliis bonis que in ciuitate habuerit eque aliis nostris burgenlibus in ciuitate habentibus mansionem, excepta tamen Curia ante castrum que est Bodonis de Knefbecke, Curia apud fratres que fuerat domini Weneri retro turrim, Curia que fuerat domine Conegundis de knefbecke, Curia weneri de Sculenborch excepto quod ademptum est et Curia domini Sifridi de Walstave excepto quod ademptum est. Huius nostri rationabilis facti testes sunt nobilis Henricus Comes de Luchowe, Droiseke dapifer noster, Gunterus marscalcus noster, Geuehardus de alvensleue et Borchardus de Bertensleue noster ibidem aduocatus — Actum et datum Saltwedel per manum Rodolphi de Einbecke Notarii nostri. Anno — M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. I<sup>o</sup>. in die beati Johannis ante portam latinam.

Nach dem Orig. im Stadtarch. zu Salzwedel, abgedr. bei Leng. Markgr. Urf. S. 162. Das Siegel, größer als die gewöhnlichen in dieser Zeit, stellt den stehenden Markgr. vor, in der Rechten eine Fahne haltend, die Linke gestützt auf das Brand-Wappenschild.

**XIII. Friedrich, Bischof von Verden, weiht die Kirchen zu Gr. u. Kl.-Bierstedt, am 25. Febr. 1304.**

Nos Fridericus dei gratia Verdenis ecclesie Episcopus recognoscimus publice protestantes, quod Ecclesiam Bierstede de utrobique consecrauimus conditione apostolica tali, quod ambae sint filiae ecclesie matris in Rorberge eidemque subjectae, sacerdoti vero a Rorberge ecclesiam pro tempore representanti singulis annis die Biersted flauicali viginti modii siliginis et de alio Biersted scilicet Teutonico sedecim modii siliginis persoluentur. Etiam dictus sacerdos semel in septimana qualibet missam